



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Caroli Scribani è Societate Iesv Philosophvs Christianvs**

**Scribanius, Carolus**

**Neobvrgi. Ad Danubium, 1618**

Cap. XV. Infernvs. Aeternis vstionibus miserandus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46524](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46524)

## CAPVT XV.

INFERNVS. *A cuius ignibus uocatur te hoc caput. dum infelices ostentat animas, qua nequidquam mediis ingemiscunt fornacibus, sera, ô nimum! poenitudine. vbi horror ignis nullo sauitiam ponit suo. vbi poenarum socij augēt tormenta. vbi carnificum manus nulla lassatur poena, immanitas crescente sauitia aternas: maximū dum occurrit illud sera poenitentia, Potui non vri aternū. non pascere flammās aternas, non ignibus cruciari aternis. potui coelo gaudiis, Deo frui aternū. Debuī exemplo pauperis requiescentis, & nequidquam ad aqua guttam ingemiscētis diuitis, meliora, tuciora, saniora sequi. neglexi. tam paruo aterna parari! At potes non magno infelicem aternitatem effugere. tantū audi hic monentem & triste Aeternam imprime mēti;*

si quis

fitque magistra tibi morum, vita  
regula, Aeternitas. insonetque as-  
sidue auribus; Tam leui paruoque  
Aeterna? tam fugacibus fugienti-  
busque Aeterna? *saeva, ô nimum*  
Aeternitas!

**D**ILATAVIT infernus ani- Ita. 5.  
mam suam, & aperuit os suum  
absq; vlllo termino, & descendent for-  
tes eius, & populus eius & su limes  
gloriosique eius ad eum in profundum Deut. 23  
laci. dura fors, & acerba nimis! quis  
amet eam, cum audierit inclaman-  
tem: Ignis succensus est in furore meo,  
& ardebit vsq; ad inferni nouissima.  
deuorabitq; terram cum germine suo,  
& montium fundamenta comburet.  
Hunc ignem qui amat, amet vitia.  
ardere qui aeternum cupit, sequatur  
vitia. ô fatui! peritura ac momen-  
tanea commutare aeternis? pro leui  
voluptate, in qua delectationis mi-  
nimum, sordium & ruboris pluri-  
mum, aeternos ignes accersere? pro  
modico auro, & nunquam domi-  
num

Gg

num

num sedaturo, ignes aduocare eter-  
nos? pro peritura vindicta, & sapi-  
vindicem suum, domumque totam  
vna ruina sepultura, nunquam mor-  
rituros vindices in se saeculorum igne-  
nes prouocare? pro fugientibus  
dignitatibus, nunquam saturantibus,  
bus, plurimorumque inuidia gra-  
uidis, interque tot millia amulatio-  
num odiorumque natantibus, nul-  
lis intermoritura aetatibus tormento-  
ta parare? audi interminantem Do-

Iob: 21, *minum: Ducunt in bonis dies suos  
et in puncto ad inferna descendunt,  
vbi luctus & dentium stridor & ignis,  
& nullus ordo, sed sempiternus*

Iob: 10, *horror inhabitat.*

Quod si tamen pergis, & amas  
super hec vitia: aut plus apud te po-  
test horum amor quam illorum ter-  
ror. proba te ignibus. hos si tuleris  
siccis oculis, constante vultu, ag-  
gredere honores. si fers amico sen-  
su, vt dicere possis in illorum me-  
dio, Benè mihi est, & habeor bene;  
amplectere voluptates. iniice for-

naci

nacibus dexteram, si perstas illæsus,  
ant erecta mente fers vstulantes i-  
gnes, aude prolestantem sequi cu-  
piditatem. si lambentes lateraque  
radentes placent flammæ, si tibi tor-  
menta ludus, si de pluma puluillus  
ignes sunt; innectere libidinibus,  
quæ te ducunt via trita, certa, ad il-  
los. repero. desiderium peccandi  
te trahit, rapitque? antequam ex-  
pleas hanc famem, antequam im-  
portunote huic tradas interpellato-  
ri. ignibus membrum committe  
quod pellicit. lingua trahit, pala-  
tum prouocat? innecte cum Epulo-  
ne ignibus, & vide an euangelico  
illo animosior, non descensurus sis  
ad Abrahæ sinum, nouumque La-  
zarum, digitum nouum rore nouo  
refocillaturum. manus trahunt? im-  
mitte foculo; & intuere intrepidas  
manus ignes suos pascentes. aliud  
te prouocat membrum? candentibus  
iniire prunis, & experire nū in me-  
diis ignibus, medio confixus veru,  
eraticulq; impositus, vngulis in terga

fauientibus, par sis fauienti flammæ  
 sin perstet tamē importuna caro ve  
 gere, vrige ignes, tantoq; magis quā  
 to ixit illa magis: quòd si inter hęc  
 tormēta stat importuna illestrix, ex  
 ple. nihil veto. sin contrā, momēta  
 neus hic ignis, & picto similis, vt pri  
 mūm irretitū te ardoribus & flammis  
 tenuerit, exiit omnē delicti memo  
 riā, excutitq; tanquam imisso Oceā  
 no, omnē illicitæ cupiditatis altum  
 quid faciet ignis æternus, qui nun  
 quam positurus est iras, minas, tor  
 menta, influant licet omnia maria,  
 niues omnes, glacies omnes: quā  
 magis his accenditur, vt credas am  
 ca fomenta, & augendo substructa  
 crescitq; crescentibus annis: cuius  
 momentum annus est, annus mil  
 lia sunt. ò fatui! æterna mercari  
 tormenta, flammæ, inæstantes ig  
 nes, sæuumq; vrentes, lancinan  
 tes, omniq; cogitatione crudelius  
 pro his breuibus, tam citò perituris,  
 tam inopinatò dominum ludenti  
 bus, fallentibus, ac non in medio  
 modo

modò, sed vix in inchoato cursu vt plurimum desituentibus. ô vani! momentanea hæc oblectamenta in æternaturas pœnas vertere?

Audi in Babylonio nomine seueras verasq; omnium potentium interminationes, nimiumque veridicas dennciationes: *Merces auri & Apoc. 18 argenti, & lapidis pretiosi, & margarita, & byssi, & purpura, & serici, & cocci ( & omne lignum thycinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & aramento, & ferro, & marmore, & cinnamomum ) & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similia, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rbedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma desiderij anime tue discesserunt à te, & pinguia & præclara perierunt à te, & amplius iam illa non inuenient. mercatores hominum qui diuites facti sunt ab ea, longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes, & dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna,*

qua amissa erat bysso & purpura, &  
 cocco, & deaurata erat auro & lapide  
 pretioso & margaritis, quoniam una  
 hora destituta sunt tanta diuitia, &  
 omnis gubernator, & omnis qui in  
 cum nauigat, & naua, & qui in  
 mari operantur longè steterunt, &  
 clamauerunt videntes locum incendi  
 eius, dicentes Que similis ciuitati  
 huic magna? & miserunt puluerem  
 super capita sua, & clamauerunt fletu  
 tes & lugentes, & dicentes: Va, va  
 ciuitas illa magna, in qua diuites fa  
 cti sunt omnes qui habebant naues in  
 mari de pretiis eius, quoniam una ho  
 ra desolata est. Hæc vnicuique potest  
 tibus denunciata, quorum tormenta  
 ta & ignes intuere propius, ac inter  
 hæc æternatura tormenta, inter ho  
 stiles risus & blasphemationes, sul  
 phuris & plumbi, picis & aris mista  
 liquamina, pectoris & horroris in  
 nexum consensum, scandentium  
 metallorū amplexus, sexcentorūque  
 cruciatuū genera, pro tam leuibus  
 fugitiuis momentaneis vanis.

Intuere



In tuere exinde iacentem, ibi a-  
narum, avidas poenarum flammis  
nunquam satis misero corpore sa-  
tiantem, nunquam per tot tormen-  
ta carnificum seuitiam expletem:  
hic superbum ignium & sulphuris  
vile pabulum, daemonum protri-  
mentum, & infelici praecipitio fo-  
dissime voraginis miserandum: ibi  
voluptatibus aliquando indulgen-  
tem, fornacibus nunc candentibus  
permistum, omnes denique aeterni  
ignis aeternam materiam, perennatu-  
rarum flammarum nutritia perenna-  
tura germina, nunquam intermo-  
riturarum poenarum non morituras  
accessiones. Vide cum Epulone  
supplices, nec exaudiri. vide de pe-  
netrali pectore ardentia vota, aquae  
gutta sitim leuari, aetum restinguere  
desiderantia, nec consequi, extre-  
moque digito rore madenti reficere  
& negari. inter blasphemias in Deum  
caelitesque eruditiones, inter ultimos  
desperationis vomitus, inter sacri-  
legas omnium quidquid ubique est,

Dei, parentum, filiorum, coniugum, fratrum, sororum, sociorum, amicorum, rerumq; adeo omnium execrationes, exedentibus, laniantibus, inastuantibus vndique flammis, intimaq; praecordia depascentibus; quae licet arrodantur ignibus, nunquam absumuntur, inerrant visceribus mille tormenta, nouis veteribus succedentibus, nec deest tormentis aut vstioni materia. quin & pascentur ignibus ignes, tormentaque tormentis innascuntur infelici aeternaturae partu. Et vnum corpus, tam mollis caro, tam labilis sanguis aeternam ignibus sufficit materiam.

Poterat haec, caro non magno redimere, poterat leuibus poenis auertere, poterat minimo aeternaturae excutere, poterat non difficili fuga effugere hos ignes. Nunc ingemiscit sero, & non profutura sunt lacrymae, cadunt irrita vota supplicis dexterae. miserationi hic locus nullus est, iustitia & poenarum est.

iacule-

iaculemur proinde dum tempus est  
& venia locus, calentia melioribus  
ignibus vota. fluant oculi. modicę  
lacrymę tanquam superfuso Ocea-  
no flamas extinguunt æternas. lu-  
geamus scelera. modicus dolor do-  
lorem pellet æternum. subtraha-  
mus carni incentiuam libidinũ, mo-  
dica fuga castam mentem dabit.  
subtrahamus inuerecundis his car-  
nis ignibus materiam, ne materiam  
æternis ignibus subministret. exu-  
lent delicię, & gulam irritantia con-  
dimenta, ne nos cum infelici Epu-  
lone excrucient æternũ. modicę  
vltronę pœnę, dolores, lacrymę,  
tanquam à valido vento, minitan-  
tes infernorum igneos imbres leuĩ  
negotio dispellent, & exsiccabunt  
oculorũ flumina æterna felici gau-  
diali spongia. ite ergo nunc lacry-  
mę, fluite irriguo profuturo cursu.  
his namq; benignitas irrorata Dei,  
tanquam fœcundus ager fructum  
dabit æternaturum. his miseratio-  
nis pascua imbricata, centuplo bea-

Gg 5 bunt

bunt imbricatorem suum. patent  
 nunc sorbendis his pascua imbri-  
 bus. patet his torrentibus ageti  
 nullo post flumine, ac ne Oceano  
 quidem madidandus. & quantula  
 res est, vltroneas erogasse pœnas,  
 lacrimas? quantula, pulsis vitis,  
 virtuti vltro appetenti, ostia refer-  
 asse? nam & calcata semel virtutis  
 via suavis est. vbi enim primos  
 transilieris calles, qui plus terroris  
 ostentant quam habent, plana via  
 est, addo, deliciis plena.

Eia ergo anime, quid times? mo-  
 mentaneæ lacrimæ sunt, luctus,  
 pœneque quibus æterna redimis.  
 quam feliciter illæ fluunt, quibus  
 ignis extinguitur æternus? quam  
 prudenter refranatur caro, ne se &  
 animam simul perdat? imo, quam  
 sapienter odio habetur caro, fran-  
 giturque illius ardor, meliore  
 æstu amoris & timoris Dei, ne æter-  
 num ardeat stolidè hic amata caro  
 ne ama. ne parce. quanto enim plus  
 concesseris, tanto plus pœnarum  
 accum

accumulabis. ne blandire. quanto  
namque plus blanditus fueris, plus  
ignem substruxeris.

Dura commutatio! temporarij in  
æternum. dura æternitas! tam paruo  
parata: misera! tam breui tempo-  
ris mercede parata. tam leuis & vola-  
tici gaudij pœna æterna: tam fugi-  
tini gaudij mœror æternus, tam va-  
na felicitatis & oblectationis tor-  
menta æterna, tam foedæ voluptatis  
& momento perituræ ignis æternus.  
Dura æternitas! in qua vel momen-  
tum negatur quietis: in qua dolori  
dolor inambulat, pluraque succre-  
seunt infelici fœcunditate pœnarum  
genera, tanquam æterno miseran-  
do nixu. Dura æternitas! in qua vel  
extremis digitis, stillicidium aquæ  
volutantibus in æternaturis igni-  
bus, denegatur. Dura æternitas!  
in qua tormentum tormento ad-  
nascitur inter misereri nescias car-  
nifum manus, quarum nulla  
pœnarum incrementa fœnitiam  
expleant

expleant, nulla mitiget temporis  
longinquitas. crescit crescentibus  
annis, sequus animus, sequior manus.

O nunquam pœnarum flamma-  
rumque finis! commensurari æter-  
nitati flamas! commensurari æter-  
nitati felici, adeoque commensu-  
rari Deo; ut quamdiu hic, tamdiu  
ille? Dura æternitas! quanto satius  
fuisset hic ardere flammis, viscera  
igne depopulante, excarnificari  
ungulis, lacerari flagris, & per sin-  
gula membra nouis sœuire pœnis,  
omnibusque quos ingeniosissima  
queque crudelitas fingere potuisset  
ad explendum odium, quam pro-  
tam fugitiuis, tamque citò domi-  
num destituentibus, ignibus adin-  
dicari æternis? ô fatui! quousque  
ludimus in æternitate? quousque tan-  
quam stolidissimo tesserario iactu  
æternaturis caput obiicimus tormen-  
tis? ô ubi mens! quanto prudentius  
speluncas, rupiumque abdita, & sil-  
uarum vltima infederunt Sanctis  
domuerunt carnem, restinxerunt  
ardo.

ardorem, calcarunt æstum, riserunt honores, auersati delicias, ne æternum sequeret pœna, neque æternum luerent tam breui pœnitenda. O vbi cerebrum! certi de morte, incerti de hora; certi de tormentis, incerti an æternum adiudicandi, vinimus tanquam non morituri, non adiudicandi: & ab infelici momento, ab auri acervo, honorum vanitate, voluptatis momentanea spurcicia, pendent æternatura.

An fors speramus mitiora inani fiducia? *Si Angelis peccantibus non* <sup>2. Pet. 2,</sup> *pepercit Dominus, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, & originali mundo non pepercit, qua vacua confidentia maioribus pluribusque irretitis criminibus meliora speras? accusabis fortè carnem, seruam domina? at cui æquum fuit parère, cui imperare? illã tibi, an te illi? non satius vtramque saluam licet renidente carne, reluctantem sensu, quàm vtramque damnari ridente vultu, vtramque*  
Gg 7 ignibus

ignibus ad iudicari non morituris, ne modica poena fauiretur in carnem? nam quid illa dictura est in tormentis constituta, aut quid tu responsurus cōquerenti de poenis? an te sequutum mollitiem eius, pro numque illius in honores, delicias, voluptates, opes affectum? nec uoluisse subtrahere malorum irritamenta ne mœreret caro? cui imperium tradiderat utriusque conditor, aut quam cui commiserat? carnem animæ, an animam carni? & quid peteret caro nisi placentia sibi futurorum ignara? quid peteret peritura caro, nisi peritura secum? aut quo protenderet cogitationes ignara omnium quæ supra carnem? ratione docenda, frenanda, corrigenda fuerat. à momentaneis, ab his stolidis quibus paratur infelix aternitas, ad caelestia & diuina deducenda. Quare quidquid hic peccatum, animæ fuit. caro quid potuit? edomanda erat ne & se & animam impelleret in nulla poenitudine

dige



dine leuandam perniciem, nulla mitigandam, ne & te & animã deturbaret in infelicissimum illud alterius sæculi præcipitium, vbi æternum læuitur, commiseratione nulla, decremento nullo, auctu perpetuo, nouis incrementis, funestisque vicissitudinibus grauius etiam læuientibus.

Erige te anime, exere concessas calo vires. frange hanc carnem beluam, nec quidquam ultra bestias sentientem. dolebit? modicus dolor æterna parabit gaudia. flebit? beatę lacrimę quibus æternus extinguitur ignis. indignabitur? post gratias aget, exurget in iras? ne cede, frange ratione, minis, verbere, flaccescet? etiam moriatur, ne in æternam & se & te trahat mortem. succident genua, & languor occupabit artus? felix eneruatio, qua conculcata caro pedibus paręte discat, imperare dediscat, & desuescat. quid si in hac lucta etiam anima sua destituatur? nã illa  
feli-

felicissima & beatissima, socia futura vt victorię, sic palma & triumpho, quę fuerat hostis, & improuida cupiditate sua, se, & animam trahabat in socias pœnas æternitate commensurandas.

Sed durum est hic pati; durum æternum. grane negare amica carni, grauius æternum inimica pati. Verum quis hostis sequit in seipsum? prudens sequit est, quę ab æterna nos eripit. & tu illum amare credis, qui momento placitura concedit vt torqueat æternum! at quę crudelitas sequit in mollem carnem? benignitas est hic sequit ne vratur æternum. etiam medicus vstulatione & sectione sequit in membrum, vt reliquo corpori bene sit. Non agrestis animus est, qui in tam blandam, tam amicam sibi sequit carnem? nemo parens filium lacerat. propior etiam caro est, imò non ille inhumanus & efferus, omni quę a deo crudelior tigris ac leona est, qui vt blandiente in carnem deliciis farciat

farciat perituris, æternis destituit  
cruciatibus? sed & ille verè parens  
est qui secat in filio nocitura, qui  
non parcat ferro vt eruat malignè  
responsura, qui virginem in illo ad-  
huc terram vomere subigit & ra-  
stris, vt fructus referat speratos; qui-  
que igne etiam noxia excaudicat.  
ille enim amat, qui à prima etate,  
per dura & aspera, & lacrymis non  
semel madidata, suspiriis calcata,  
ducit ad virtutum amœna, eternum  
oblectantia: qui si quid tortuosum,  
si quid deuium, verberare, vinculis,  
ignibus etiam adiuvat, ille verò in-  
sano amat amore, non & odit? qui  
permittit nocitura, qui precipitio  
proximum non retrahit etiam no-  
lentem, qui insana crapula ruentem  
in venenaria, non subtrahit toxi-  
cum: qui ne sentiat lacrymas, ne in-  
fantix ploratus, ad praua surgenti  
stolido blanditur vultu. Et quis a-  
met basia, complexus, pocula ve-  
neno tincta? quis suauem spongiam  
nouacula fartam? quis purpureum  
torum

torum ignibus instratum? quis eo  
 lubriactum mollem? quis blan-  
 dientem amplexu viperam? at  
 omni vipera nocentior foemina est  
 omni colubro virulentior quecum-  
 que libido est, omni nauacula, ig-  
 nibus omnibus crudelius ferocius  
 sub mentita purpura, honor & glo-  
 ria; omni veneno potentius scuit  
 aurum & opes.

Quid his immoraris tam cito  
 perempturis? quid amplecteris tam  
 scuum premiatura? quid deligis  
 eternum scuitura? quid ambis igni-  
 bus perennatura? ne fide. saua ni-  
 mis aternitas momētanea hac mol-  
 litie, auro, purpura tegitur. ne cre-  
 de, sub cerussato honoris & opum  
 vultu, sub purpurissatis voluptatum  
 labris venena latent perennatura.  
 ne sequere, mors in amplexu est.  
 & mors aterna. sola fuga salus pa-  
 ratur: victoria, triumphus, regna ab  
 hac vna speranda sunt. fuge nocitu-  
 ra. quo citator, eo fuga certior,  
 tutior. sed & flecte hic insolentem  
 car-

carne, domo, ure, seca, ne  
aeternum tormenta sequantur vana  
poenitudine. Subtrahe proinde  
pravo illius affectui fomenta, igni-  
bus pabulum: voluptatum, hono-  
rum, opum quanto plus ingesseris,  
tanto plus poenarum substruxeris.  
remoue materiam ignibus si restin-  
guere incendia paras. flammam a-  
mat qui alit, qui cum potest non  
retrahit vtilanda, qui suggerit no-  
ua, oleum camino, ligna fornaci-  
bus. Et ferenda fors haec, si com-  
mensurarentur voluptatibus, ho-  
noribus, opibus ignes: sed cum  
aeternare hos, pro fugitina & mo-  
mentanea illorum fruitione vide-  
mus, quis prudens peritura deli-  
gat ut ardeat aeternum? miseranda  
conditio! aeternitas tam vili parata;  
insana fatuitas! tam paruo quae tor-  
menta accersit aeternatura. fuge  
quisquis sapias materiam ignium,  
& ignium aeternorum. pelle haec  
poenarum pabula & poenarum aeternarum.  
sero fugam cogitas  
ignibus

ignibus adiudicatus, serò fastidiosis  
sentientia pœnarum, pœnis immersus.

Ergo dum licet & permittit etas  
perde qui sanguini insidiantur tuo,  
calca qui te proterunt; iugula prius-  
quam inimicum haurias ferrum,  
prudens est pœoccupare hostem,  
& antevertere inimica consilia. ille  
sapiens est qui prouida dispicientia  
longè antè pœuidet & canet noci-  
tura, qui hostiles conatus sagaci pœ-  
uertit prouidentia; qui obuiam it  
aduersariis molitionibus, nec aut fi-  
ducia sui, aut contemptu hostis, aut  
inani meliorum spe delusus, serius  
ingemiscit accepta damna, nulla  
arte, consilio, viribus reparanda,  
maximè si æterna. Quo loco illum  
habeas qui deliberationem reiicit  
in exilium, in exercitum casum, in  
recisas ceruices, in crucem, in la-  
queum? idem de te cogita, qui con-  
silia vitæ melioris coniciis in serum  
diem, in sententiã iudicis, in nun-  
quam moriturum ignem: qui im-  
mersus opibus, honoribus, volupta-  
tibus,

tibus, inermis inter armatos validè  
hostes, arma circumspicis tutelaria,  
Quibus te spontaneus exuristi. au-  
xilia speras inimico nudus cinctus  
ferro? antè oportuit. Et hoc demū  
sapere est; fugere dum patet via; ar-  
ma parare, consilia expedire, mu-  
nitionibus incumbere, dum tem-  
pus & res ferunt. ita facias, nec ti-  
mneris ignes, non imitantes demo-  
nes, non supplicia sæculi alterius,  
non vultum iudicis, non quidquid  
ibi magnitudine & æternitate  
sua magnum.

F I N I S.

